

**robustus, a, um:** stark;

**eminens, ntis:** groß; **excedere:**  
*hier* = übertreffen; **incessus, us,**  
**m.:** Gang, Art zu gehen;  
**habitudo, inis, f.:** Haltung

**valetudo, inis, f.:** Gesundheit;  
**prosperus, a, um:** günstig,  
wünschenswert; **decedere:** *hier* =  
sterben; **febris, is, f.:** Fieber;  
**claudicare:** hinken, humpeln;  
**arbitratus, us, m.:** Wille; **pone:**  
später; **exosum habere:** hassen;  
**assum, i, n.:** Braten; **elixum, i, n.:**  
gekochtes Fleisch;

**assidue:** ständig; **venari:** jagen;  
**gentilicus, a, um:** angeboren

## Karl der Große – der Mensch

Carolus corpore fuit amplo atque robusto, statura eminenti, quae tamen iustum non excederet. Incessu fuit firmo totaque corporis habitudine virili; voce clara quidem, sed quae minus corporis formae conveniret.

Valetudine prospera fuit, praeter quod, antequam decederet, per quattuor annos crebro febribus corripiebatur, ad extreum etiam uno pede claudicaret. Et tunc quidem plura suo arbitratu quam medicorum consilio faciebat, quos pone exosos habebat, quod ei in cibis assa, quibus assuetus erat, dimittere et elixis adsuescere suadebant.

Exercebatur assidue equitando ac venando; quod illi gentilicum erat, quia vix ulla in terris natio invenitur, quae in hac arte Francis possit aequari.